Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



terra egipti / Sed ego indurabo
cor eius et multiplicabo signa
et ostenta mea / in terra egipti
et non audiet vos / Inmittamque
manum meam super egiptum / et educam
exercitum / et populum meum filios
israel / de terra egipti / per iudicia max
ima / et scient egipcii quod ego
sum dominus / qui extenderim manum
meam super egiptum / et eduxerim
filios israel de medio eorum / Fecitque
moyses et aaron / sicut preceperat
dominus ita egerunt / Erat autem
moyses lxxx annorum / et erat aa
ron lxxx trium / quando locuti sunt ad
pharaonem / Dixitque dominus ad moy
sen et aaron / Cum dixerit vobis
pharao / ostendite signa dices
ad aaron / Tolle virgam tuam /
et proice eam coram pharaone / ac
vertatur in colubrum / Ingressi
itaque moyses et aaron ad pha
raonem / fecerunt sicut preceperat
dominus / Tulitque aaron virgam coram
pharaone et servis eius / que
versa est in colubrum / Vocavit
autem pharao / sapientes et male
ficos / et fecerunt / et iam ipsi per
incantationes egiptias et archa
na quedam similiter / Piecerunt
singuli virgas suas / que verse
sunt in dracones / sed devora
vit virga aaron virgas eorum /
Indurabatque est cor pharaonis
et non audivit eos sicut preceperat
dominus / Dixit autem dominus ad moysen /
Ingravatum est cor pharaonis non
vult dimittere populum / Vade ad eum
mane ecce egredietur ad aquas
et stabis in occursum eius super ripam
fluminis / et virgam que conversa
est in draconem / tolles in manu tua
dicesque ad eum / Dominus deus hebreorum
misit me ad te dicens / Dimitte
populum meum / ut sacrificet mihi in de
serto / et usque ad presens audire no
luisti / Hec igitur dicit dominus / In
hoc scias quod dominus sim / Ecce per
cutiam virgam / que in manu mea est /
aquam fluminis / et vertetur in sang
winem / Pisces quoque qui sunt in flu
vio morientur / et computrescent /
aque / et affligentur egipcii / bi
bentes aquam fluminis / Dixit
quoque dominus ad moysen / Dic ad
aaron / Tolle virgam tuam / et ex
tende manum tuam super aquas
egipti / et super fluvios eorum / ac
rivos ac paludes / et omnes lacus
eorum / et vertantur in sanguinem / et
sit cruor in omni terra egipti / tam
in ligneis vasis / quam in saxeis /
Fecerunt ita moyses et aaron /
sicut preceperat dominus / et elevans
virgam percussit aquam fluminis / coram
pharaone / et servis eius / Que
versa est in sanguinem / et pisces
qui erant in flumine mortui sunt /
computruitque fluvius / et non po
terant egipcii bibere aquam fluminis /
et fuit sanguis / in tota terra
egipti / Fecerunt similiter male
fici egipciorum incantationibus suis /
Et indurata est cor pharaonis /
et non audivit eos / sicut preceperat
dominus / Avertit se et ingressus
est in domum suam / nec apposuit
cor etiam hac vice / Foderunt
autem omnes egipcii per circui
tum fluminis aquam ut biberent / Non
enim poterant bibere de aqua flu
minis / Impleti sunt septem dies
postquam percussit dominus fluvium / Capitulum
Dixit autem dominus Octavum
ad moysen / Ingredere ad
pharaonem et dices ad eum / Hec
dicit dominus / Dimitte populum meum
ut sacrificet mihi / Sin autem nolueris